

nus cultus, redemptio peccatorum, suffragium animæ defuncti, aut opera pia pauperibus sibi perpetuo succedentibus utilia. (66. Distat vero Capellania ab anniversariis cæterisque relictis piis defunctorum, quod in Capellania certi fundi demonstrantur, atque a patrimonio seu hæreditate fundatoris segregantur, quasi dos ejusdem Capellaniam adsignata Capellano; sed in Anniversariis, cæterisque piis relictis præcipua habetur personalis obligatio hæredibus imposita, etiam sine ulla designatione certorum fundorum; quod si quando contingat certos fundos pro executione pii relictii demonstrari a testatore, hæc tamen demonstratio non eo refertur, ut indicetur, fundos eosdem esse veluti certam rem ab hæreditate separatam, quasi dotem pii operis instituti, sed eo, ut noverint hæredes, quibus ex fundis luere quantitatem debeant ad executionem piæ voluntatis, velut noverint hæredes, manere apud se præcipuam personalem obligationem, fundosque designatos, causa pii relictii hypotheca obligatos esse. (67. Ex quo proficiscitur Capellaniam prorsus extinguere, ubi fundi perierint, quanquam non pereant cætera perierint, etiam pereuntibus fundis, causa executionis aut hypothecæ demonstratis, manente semper in hæredibus quibuscumque personali obligatione. (68. Proficiscitur insuper fundos Capellaniam adsignatos alienari non posse sine solemnitatibus requisitis in alienatione rerum ad rempublicam pertinentium, et sine causæ cognitione; e contrario alienari posse

## CAPELLANUS.

## SUMMARJUM.

1. Capellanus tenetur per seipsum Missas celebrare, si id verbis expressis, aut æquipollentibus cautum fuerit in fundatione capellaniam. — 2. Imo Capellani tenentur Missas celebrare per seipsos, si adsit præceptum testatoris, seu fundatoris ita conceptum: *E se alle volte non potessero celebrare, facciano celebrare per altri.* — 3. Sic etiam, si onus Missarum reperitur injunctum Capellano hac lege: *Che debba celebrare la Messa, e se alcuna volta non potesse, faccia celebrare altri quotidianamente.* Vel *che il Cappellano pro tempore, in tempo della raccolta abbia vacanza di due mesi l'anno, e non piu. Che potrà prender tutti, o pochi giorni alla settimana, e ciò etiam in caso di malattia possa farle dire da altri.* Vel: « in casu infirmitatis, vel absentiam possit Capellanus alium substituere, » dicitur onus injunctum personale, ita ut per seipsum teneatur celebrare. — 4. Secus si testator dicat, *qual Messa vuole, che sia celebrata dal Rettore, che sarà nominato;* nam tunc Missa poterit celebrari, et onus adimpleri per alium; sicuti si ita mandaret: « Hæres teneatur eligere Capellanum; qui singulis hebdomadis celebret Missas, v. g., quatuor. » Nam etiam tunc non teneatur celebrare per seipsum, sed posset per alium. — 5. Capellanus, qui de mente testatoris quotidie per seipsum celebrare tenetur, semel in hebdomada per alium poterit celebrare. — 6. Obligatio enim quotidie per se celebrandi inhonesta et illicita censeri debet. — 7. Imo voluit doctores, quod Capellanus obligatus ad quotidie celebrandum per se ipsum personaliter, nedum semel in hebdomada possit celebrare per alium, sed etiam titulo honestatis, vel reverentiæ Sacramenti, aut alia justa causa possit aliquoties, et etiam semel in hebdomada abstinere a celebratione absque eo quod faciat tali die celebrare per alium,

ab hæredibus fundos demonstratos pro Anniversariis cæterisque piis relictis sine ulla solemnitate, et sine causæ cognitione, nisi aliud fundatorem voluisse probetur, manente tamen penes hæredem alienantem personali obligatione; arg. leg. 81, § ult., ff. de Contrah. empt. l. 96, 120, ff. de Legat. 1, l. 38, ff. de Usu et usufr. leg. 2, § 1, ff. de Alim. et cibar. legat., aut in novum possessorem translata hypothecaria obligatione, si pro anniversario, piisve relictis fundi fuerint a fundatore obligati; arg. l. 12, ff. de Alim. et cibar. leg., vel si tacite ex lege hypothecæ obnoxii fuerint, uti contingit, quoties legato constitutum Anniversarium proponatur; l. 1, Cod. Communia de legatis. (69. Denique proficiscitur, institutis Anniversariis, vel piis relictis, bona demonstrata dividi inter hæredes pro hæreditaria parte, divisa quoque eodem modo obligatione, contra quam obtineat in Capellania, quæ semper individua est, cujus propterea bona una cum obligationibus cohærentibus semper manent apud Capellanum, sive hæres sit fundatoris, sive quicumque alius, hac adjecta observatione, ut si forte a fundatore hæres fuerit Capellanus institutus in perpetuum, et emergat casus plurium cohæredum, tunc apud seniores, tanquam apud patronum, bona Capellaniam consistant, nisi aliud adpareat a fundatore constitutum; arg. l. 77, § 21, ff. de Legat. 2 juncta l. ult. ff. de Fide instrumentorum, et l. 192, ff. de Regul. juris.

maxime si obligatio quotidie celebrandi sit mere personalis ad ipsius Capellani personam directa. — 8. Affertur ad id decretum Sacre Congregationis Visitationis. — 9. Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non potest novam eleemosynam accipere, et duabus obligationibus unica Missa satisfacere, nisi in fundatione expresse cautum sit, quod non teneatur sacrificium applicare. — 10. Capellanus, qui potest per alium celebrare, non tenetur dare stipendium sacerdoti celebranti ad rationem reddituum Capellaniam. — 11. Sic Capellani amovibiles, qui sunt nominati vel electi ab hæredibus testatorum ad celebrandas Missas, cum assignatione certi redditus, juxta dispositionem testatorum, possunt assignare certam mercedem juxta morem regionis sacerdoti pro Missis celebrandis, et pro se aliam partem retinere. — 12. Ita etiam Capellanus ad nutum amovibilis cum obligatione unius Missæ qualibet hebdomada cum stipendio legato, et confirmato de octo annis in octo annos, potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri cum eleemosyna consueta juxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendii debiti Capellano. — 13. Si vero reperitur injunctum, v. g., quod celebrentur singulis annis Missæ 50, S. Gregorii pro defunctis in Ecclesia N. per sacerdotem eligendum a N. cui solvantur pro eleemosyna scuta octo, vel decem; Capellanus sacerdos sic electus tenetur per seipsum celebrare, nec poterit dare eleemosynam currentem alteri sacerdoti, qui præfatas Missas celebret, retento sibi quod superest. — 14. Capellanus, cui impositum est onus, ut debeat continue singulis diebus Missam celebrare, etsi cessaverit eam celebrare, teneatur, v. g., solvere duos Paulos pro qualibet Missa non celebrata, non potest umquam vacare, nisi suppleat per alium. — 15. Non tenetur tamen

neque per alium celebrare tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies. — 16. Imo ex Concilio provinciali Mediolanensi Capellanus deobligatur a celebrando, et supplendo per alium ratione infirmitatis, etiamsi per mensem integrum ægrotet. — 17. Si vero ex fundatione Capellanus non teneatur celebrare per seipsum, cum talis Capellanus nunquam possit a celebratione vacare, ipse non teneatur per alium celebrare solum tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies. — 18. Sacerdos autem substitutus a Capellano ad celebrandum pro fundatore, si omittat celebrare causa infirmitatis per aliquot dies, non acquirit stipem Missis omissis correspondentem, sed illa est eroganda alteri sacerdoti, ut celebret, vel est retinenda ab ipso Capellano, si per seipsum pro illis diebus celebret. — 19. Capellanus Episcopi, qui cum eo recitat officium, debet se illi conformare. — 20. Capellanus eligendus ab Episcopo pro tempore, non est amovibilis, neque manualis, sed perpetuus. — 21. Capellani Ecclesiæ cathedralis, qui sunt membra Ecclesiæ, debent incedere in processibus, et sedere in choro immediate post canonicos, nec inter eos debent interponi rectores Ecclesiarum aliarum, etiam prætextu doctoratus. — 22. Capellanus presbyter prius ordinatus debet præcedere Capellano postea ordinato, licet ultimo ordinatus prius acceperit possessionem capellaniam. — 23. Non potest episcopus præcipere Capellanis capellarum campestrium regularium, ne Missas celebrent, antequam celebretur Missa Ecclesiarum parochialium. — 24. Capellanus non potest cogi ab Episcopo, ut celebret certa hora, quando in fundatione hoc non reperitur injunctum. — 25. Potest tamen Episcopus Capellanum adstringere (non censuris) ad providendum de proprio paramenta. — 26. Capellanus semel exami-

(1. Capellanus tenetur per seipsum Missas celebrare, si id verbis expressis, aut æquipollentibus cautum fuerit in fundatione capellaniam; quod enim in ipsa erectione capellaniam constitutum et dispositum est, id omnino est observandum, ut expresse statuitur a Concil. Trid. sess. 23 de Reformat., cap. 5. Nec requiritur, ut in erectione sit expresse statutum, ut Capellanus celebret per seipsum, sed satis est, ut id verbis æquipollentibus sit ordinatum; arg. cap. *In his* 15, de verb. signific. l. final. ff. de donat. quæ sub modo, l. Quid tamen, § 1, ff. de Re arbitr., et sic fuisse a Sac. Congreg. Conc. decisum, refert Fagnanus loc. cit., num. 76 et 77. (2. Imo Capellani tenentur Missas celebrare per se ipsos, si adsit præceptum testatoris, seu fundatoris ita conceptum: *E se alle volte non potessero celebrare, facciano celebrare per altri,* ut respondit Sac. Cong. Conc. 18 Dec. 1688. (3. Sic etiam si onus Missarum reperitur injunctum capellano hac lege: *Che debba celebrare la Messa, e se alcuna volta non potesse, faccia celebrare altri quotidianamente.* Vel: *Che il Cappellano pro tempore, in tempo della raccolta abbia vacanza di due mesi l'anno, e non piu. Che potrà prender tutti, o pochi giorni alla settimana, e ciò etiam in caso di malattia, possa farle dire da altri.* Vel: « Et in casu infirmitatis, vel absentiam possit Capellanus alium

(1) Non satis apte, sed improprie *inhonesta et illicita* vocatur sacerdotis obligatio, qua ad quotidie per seipsum celebrandum adstringatur; neque enim celebratio etiam quotidiana onus est, quod aut cum honestate pugnet, aut exequi per se non liceat. Par-

natus, et approbatus quoad scientiam ab ordinario, nulli examini de scientia subijci debet. — 27. Nec hæres, nec executor testamentarius, neque episcopus potest in erectione capellaniam, seu beneficii simplicis injungere Capellano onus residentiam, quod testator non injunxit, neque addere, quod Capellanus pro tempore per seipsum Missas celebret; neque alio modo testatoris voluntatem immutare. — 28. Capellanus confraternitatis non potest suo arbitrio sine expressa licentia Episcopi processiones facere. — 29. Et si non adsit licentia Episcopi, non potest illas facere sine licentia parochorum, per quorum territorium transeundum est. — 30. Nec potest Capellanus confraternitatis in processibus extra propriam Ecclesiam deferre stolam. — 31. Capellani confraternitatis non debent ab Episcopo sine causa amoveri reluctantibus confratribus. — 32. Alia de istis Capellanis. *Remissive.* — 33. Capellanus quo tempore, loco seu Ecclesia, vel altari debeat celebrare Missam, et pro quo debeat applicare; et quid possit quoad reductionem, satisfactionem, eleemosynam et alia. *Remissive.* — 34. Capellanus habens obligationem inhabitandi domum a fundatore ad id relictam, instructam supellectilibus, et mobilibus necessariis, tenetur omnimodo ibi habitare. — 35. 40. De amotione Capellani ab officio. — 41, 42. Capellanus, qui ad vitandam dismembrationem parochiæ solet constitui ad coadjuvandum parochum, utrum sit perpetuus, an amovibilis. — 43. Num Capellanus Curatus ad nutum amovibilis a patrono, inscio Episcopo amoveri queat. *Remissive.* — 44. Si in fundatione capellaniam dictum sit, quod præsentetur Capellanus, qui intra annum possit ascendere ad sacerdotium, a quo die sumatur initium anni.

substituere, » dicitur onus injunctum personale, ita ut per se ipsum teneatur celebrare, quia onus dirigitur in personam Capellani, cujus industria videtur electa, et importat satisfactionem personalem, prout in præfatis casibus respondit Sac. Cong. Conc. in Romana, 15 April. 1605, lib. decret. 35, fol. 96, et 18 Decembr. 1688, in Florentina, 13 Novembr. 1688, et in Civitatis plebis, 15 Decembr. 1608. (4. Secus si testator diceret: *qual Messa vuole, che sia celebrata dal Rettore, che sarà nominato.* Nam tunc poterit Missa celebrari, et onus adimpleri per alium: ead. Sac. Congreg. Conc., 15 Januar. 1669, lib. xxvii Decret., fol. 281. Sicuti si ita mandaret: « Hæres teneatur eligere capellanum, qui singulis hebdomadis celebret Missas v. g. quatuor. » Nam etiam tunc non teneatur celebrare per se ipsum, sed posset per alium; ut ead. Sac. Congreg. Conc. respondit in alia Sabinen., 18 Mart. 1684.

(5. Capellanus, qui de mente testatoris quotidie per se ipsum celebrare tenetur, semel in hebdomada per alium poterit celebrare. Sacra Congreg. Concil. in Comens., 10 mart. 1623, arg. cap. *Significatum* 11 de Præbendis. (6. Obligatio enim quotidie per se celebrandi, inhonesta et illicita (1) censeri debet. Rota Romana part. i recentior. decis. 496. (7. Imo volunt doctores, quod capellanus obligatus

tamen auctori est, quod illis vocabulis nihil aliud inuere voluerit, nisi quod tanta esse nequeat celebrandi obligatio, ut ab isto onere quotidiano dispensari duplici saltem de causa non possit, scilicet ob corporis infirmitatem, et ob specialem aliquam



ad quotidie celebrandum per se ipsum personaliter, nedum semel in hebdomada possit celebrare per alium, sed etiam titulo honestatis, vel reverentiæ Sacramenti, aut alia justa causa, possit aliquoties, et etiam semel in hebdomada abstinere a celebratione absque eo, quod faciat tali die celebrare per alium, maxime si obligatio quotidie celebrandi sit mere personalis ad ipsius capellani personam

causam honestatis, et devotionis sacrificio debitæ, quibus in casibus censi nequit sacerdos obligatus.

Neque ferri posse videtur, quod statim subnectit; posse scilicet sacerdotem semel in hebdomada a celebranda Missa abstinere, quin teneatur per alium satisfacere. Decretum enim, quod affert, ad particularem casum spectat, in quo particulares circumstantiæ occurrere debuerunt. Quamobrem ex ipso generalis regula statui nequit, qua permittatur generatim Capellanis quinquaginta et duas Missas quolibet anno contra propriam obligationem omittere. Quamobrem satius cum Cabassutio, aliisque censerem, non ultra unam in mense Missam extendi posse hanc Capellanorum exemptionem, ne notabiliter mutetur et lædatur institutoris dispositio, atque voluntas. (Nota Romani Theologi.)

#### Responsio auctoris.

Asserit hic R. Theologus, quod ego minus apte dicam, quod obligatio quotidie per se celebrandi *inhonesta et illicita* censi debet. Et tamen sunt ipsa præcisa verba Sacræ Romanæ Rotæ, part. 1 reverent. decis., 496, ubi in summano num. 7, sic præcise habet: « Onus celebrandi Missas quotidie adjectum sacerdoti, ut per se ipsum celebret, dicitur inhonestum, et illicitum, » et in corpore eodem num. 7 sic repetit: « obligatio quotidie celebrandi tanquam inhonesta, et illicita, etc. » Unde si audet censura inurere ipsissima verba tam venerabilis Sacri Tribunalis, ad quod confluent decidendæ causæ urbis et orbis, quis modo ab ejus censuris poterit esse tutus? Aut quis et quantus theologus hic censor, qui videtur Sac. Rom. Rotam nec e limine salutasse?

Quæ autem ad reliqua ab eo hic supra notata, vide, ultra ibi a me tradita Monacell. Edition. Rom. 1709, part. III in appendic. instruct. 5 pro adimplemento *onerum Missarum*, pag. 217, num. 11, et seq. ubi satis ad rem.

#### Animadversio editoris Neapolitani.

Reprehenditur auctor noster, eique succenset Cl. adnotator, in adnotationibus subjectis ad hunc articulum, propterea quod obligationem per se quotidie celebrandi *inhonestam*, atque *illicitam* censendam dixerit, quasi minus apte, et improprie locutus. At, ut mihi videtur, non erat idcirco tantopere reprehendus, sed tantum rite, recteque explicandus; quandoquidem non unus ipse usus est hac in re hoc loquendi genere. Vide Cabassut. *loc. cit.*, n. 9, et Pontas, verb. *Beneficiarius*, cas. 10, qui hujusmodi obligationes non admittentes debitas exceptiones *infirmittatis, sive honestatis, et debitæ devotionis*, vocant *durissimas, indecoras, debitæ devotioni nimis oppositas, atque iniqua vincula*. Neque mirum hoc videri debet, aut ipsi hac in re culpandi, cum ipsi, uti cuius luculentissime patet, adludant ad Decretalem Alexandri III, relatum in cap. *Significatum est*, 2 de *Præbendis*, etc., in qua Pontifex laudatus primum omnium hoc loquendi genere usus videtur. Cum enim institutionem capellaniam, cui quotidianæ celebrationis onus et quidem per se impositum fuerat, eatenus tantum probarit, quatenus sacerdos institutus, nisi corporis infirmitate detentus, assidue

directa, ut cum multis tenemus etiam nos verb. *Missæ*, art. 3, num. 14, et seqq. afferendo ibi varia decreta Sacræ Congregationis Concilii ad hoc facientia, et expresse tenet Monacell. tomus IV in appendice ad formular. instructione 5, pro adimplemento *onerum Missarum*, num. 11, (8. et hoc ex capitulo *Significatum 11 de Præbendis*, et juxta decretum circa hoc editum ab Eminentissimo Pe-

deberet obsequium suum impendere Ecclesiæ memorata, *salva tamen honestate sua et debita devotione*, apertissime inde colligendum videtur, duriores hujusmodi obligationes, in quibus non daretur locus memoratis exceptionibus, habitas fuisse a laud. Pontifice veluti oppositas *honestati ac debitæ devotioni*; ejusmodi auctoritatem inde secuti laudati scriptores dixere, hujusmodi obligationes, sive institutiones *inhonestas, et illicitas*, latiore saltem acceptione, quatenus præjudicium afferant *honestati ac debitæ devotioni*.

Æquior porro censura videtur, qua Cl. adnotator rejiciendam doceat sententiam auctoris, qua Cl. noster auctor opinatur adstrictos per se ad quotidianam sacrificii celebrationem personaliter obeundam, posse semel per singulam hebdomadam ab hoc onere vacare, quin teneantur per se, aut per alium sacrificium omisum causa *honestatis, aut debitæ devotionis* supplere. Quod autem Cl. Cabassutius, aliique id concedant tantum semel per mensem propter hujusmodi memoratas causas a celebratione vacari posse, id nos neque aperte reprobare, neque quidquam decernere hac in re audeamus, satius ducentes vestigiis insistere Sac. Congregationis Concilii. Cum enim an. 1685 Sacræ Congregationi hæc dubia proposita fuissent, scilicet:

I. An sacerdotes obligati ratione beneficii, capellaniam, legati, stipendii celebrare quotidie per se ipsos, possint aliquando a celebratione vacare, et quatenus affirmative.

II. Quando, et quoties a dicta celebratione vacare possint.

III. An diebus licitæ vacationis possint Missam pro seipsis, vel aliis præterquam pro fundatoribus celebrare: et quatenus affirmative.

IV. An pro aliis celebrando possint stipendium pro hujusmodi celebratione recipere.

V. An illis diebus, quibus licite vacant a celebratione, teneantur Missam celebrari facere ab aliis juxta intentionem fundatorum.

VI. An sacerdotes ut supra obligati celebrare Missam quotidie absque tamen onere celebrandi per se ipsos possint aliquando a celebratione vacare.

Hisce propositis dubiis hujusmodi adhibitæ fuere responsiones:

Ad primum affirmative, concurrente aliqua legitima causa.

Ad II ut ad proximum.

Ad III negative.

Ad IV negative.

Ad V distulit resolutionem.

Ad VI negative.

Refert, Bened. XIV. de *Sacrific.*, *Missæ*, sect. II, cap. 1, § 1.

Circa hæc porro responsiones illud animadvertendum occurrit, quod in responsione ad tertium dubium Sac. Congregat. non permittat Sacerdoti diebus licitæ vacationis neque per se ipso celebrare; hoc ita intelligendum arbitramur, si *passim, ac sæpius* fiat. Cæterum semel atque iterum per annum pro se, suisve celebrare aliqua occurrente causa communiter permittunt probatissimi scriptores. Lege Pontas, verb. *Beneficiarius* cas. 10. et Cl. Cabassutium *loc. cit.*

truccio in visitatione domus patrum Ministrorum infirmorum Magdalene Romæ approbatum a Sacra Congreg. Visitationis Apostolicæ sub die 18 Jun. 1697, in quo sic habetur: « Religiosi a superioribus pro tempore destinati pro celebratione Missarum sex quotidianarum pro legato, et suffragio R. P. D. olim Vincentii Justiniani juxta reductionem obtentam ab anno 1646 a celebratione quotidiana vacare non possint, nisi semel tantum in hebdomada. At in diebus, quibus vacant, pro aliis celebrare, et aliam eleemosynam, seu stipem accipere nequaquam possint: sed si vacare ut supra volunt a celebratione pro eodem testatore, vel pro seipsis, et eorum devotione duntaxat, poterunt semel in hebdomada celebrare, sub pœna reiterandæ celebrationis, et restitutionis respectivæ, super quibus eorumdem religiosorum, et superiorum conscientiam strictè oreramus. » Vid. verb. *Missæ*, art. 3, num. 10 et seq.

(9. Capellanus, qui tenetur quotidie celebrare, non potest novam eleemosynam accipere, et duabus obligationibus unica Missa satisfacere, nisi in fundatione expresse cautum sit quod non teneatur Sacrificium applicare. Sac. Congreg. Conc. In Nulius celebrationis Missarum, 13 Jul. 1630. et in Decretis de celebratione Missarum; ubi ad quartum quæsitum respondit: « Sacerdotes diebus, quibus tenentur Missas celebrare ratione beneficii, seu Capellaniam, legati, aut salarii; si eleemosynas pro aliis etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere. » (10. Capellanus, qui potest per alium celebrare, non tenetur dare stipendium Sacerdoti celebranti ad rationem reddituum Capellaniam. Sic Sac. Congreg. Conc. « In decretis de celebratione Missarum in responsione ad octavum, ubi expresse dicit: Satis esse ut Rector Beneficii, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti eleemosynam congruam secundum morem civitatis, vel Provinciæ, nisi in fundatione ipsius Beneficii aliud cautum fuerit. » (11. Sic Capellani amovibiles, qui sunt nominati, vel electi ab Hæredibus Testatorum ad celebrandas Missas cum assignatione certi redditus, juxta dispositionem Testatorum, possunt assignare certam mercedem juxta morem regionis Sacerdoti pro Missis celebrandis, et pro se aliam partem retinere. Sacra Congreg. Conc. in *Neapolitana* 17 August., 1630. (12. Ita etiam Capellanus ad nutum amovibilis cum obligatione unius Missæ qualibet hebdomada, cum stipendio legato et confirmato de octo annis in octo annos,

(1) Nimis laxa visa censoribus est auctoris opinio, qua ægrotantes per mensem Capellani ab onere eximuntur satisfaciendi per alios. Nam alii cum Barbosa ad decem tantum dies hanc exemptionem extendunt; nonnulli cum Azorio, et Silvestro in infirmitate quoque paucorum dierum adstringi ad satisfaciendum per alios opinati sunt; sunt qui cum auctore ad mensem extendunt; sed media, et æquior sententia est, non ultra quindecim dies pro-

potest demandare celebrationem dictarum Missarum alteri, cum eleemosyna consueta juxta morem regionis, retenta sibi parte dicti stipendii debiti Capellano. Sacra Congreg. Conc. in *Fanen.*, 7 Sept. 1630. (13. Si vero reperitur injunctum, v. g., quod celebrentur singulis annis Missæ 30 S. Gregorii pro Defunctis in Ecclesia N. per Sacerdotem eligendum a N. cui solvantur pro eleemosyna Scuta octo, vel decem; Capellanus Sacerdos sic electus tenetur per se ipsum celebrare, nec poterit dare eleemosynam currentem alteri Sacerdoti, qui præfatas Missas celebret, retento sibi, quod superest; ut Sac. Congreg. Conc. *requisita respondit* 21 Febr. 1688, et reposito Dubio 17 Julii ejusdem anni, responsum confirmavit, lib. xxxviii Decr., fol. 89, 339, 340, et clare etiam colligitur ex decretis de celebrat. Missarum, ubi ad decimum quæsitum: « An sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna major solita pro celebratione Missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis quibus Missas celebrandas committunt; an vero satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam, respondit debere absolute tribuere integram eleemosynam Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse. »

(14. Capellanus, cui impositum est onus ut debeat continue singulis diebus Missam celebrare, et si cessaverit eam celebrare, teneatur, v. g., solvere duos Paulos pro qualibet Missa non celebrata, non potest unquam vacare, nisi suppleat per alium. Sacra Congreg. Conc. 17 Sept. 1695. (15. Non tenetur tamen per alium celebrare tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies, ut declaravit eadem Sacra Congreg. Conc. 17 Septem. 1695. Imo ex Concilio provinciali Mediolanen. septimo tit. de *Missis*, capellanus deobligatur a celebrando, et supplendo per alium ratione infirmitatis (1), etiam si per mensem ægrotet. (16. Loquitur enim ibi Concilium præcisè verbis: « Si Capellanus saltem per annum functus sit suo munere celebrandi in aliquo loco, si etiam per mensem ægrotet, adhuc integram eleemosynam judicio Episcopi accipere potest: » et in hoc consentiunt Covarruv. lib. III *Var. resol.*, c. 13; Petrus de Navarra, lib. II, de *Restit.* c. II, num. 210; Molfesius in *Summa* tract. 6, cap. 1, num. 79; Hurtadus de *Sacrament.* disp. 4, diff. 1. Fagundez de *Quinque Eccles. præcept.* lib. III, c. 16, num. 11; Gavant. in *Rub. Missal.* p. 3, tit. 12, n. 18; Rodriguez in *Summa*, c. 252, concl. 3; Rosignol. de *Eucharistia* quæst. 11, art. 1, num. 13, et alii magis communiter. Maxime si in

trahi hanc libertatem posse; atque hæc opinio duplici Sacræ Congregationis Concilii decreto comprobata est quorum alterum editum fuit 17 Novembris 1686, alterum vero 4 Julii 1689. Hujusmodi decreta refert vir Cl. P. Ubaldo Giraldo a S. Cajetano Cler. Regular. Scholarum Piarum part. I. *Instit. Canoniar.* P. Remigii Mascart a S. Erasmo pag. 265, post num. 7, eaque nos proferemus in verbo *Missæ*. (Nota Romani theologi.)



fundatione capellanæ sit cautum, ut Capellanus teneatur celebrare per seipsum. (17. Si vero ex fundatione Capellanus non teneatur celebrare per seipsum, cum talis Capellanus ex decreto Sacræ Congreg. Concilii in Casalen., 18 Sept. 1685, in respons. ad 6, nunquam possit a celebratione vacare, ut videri potest verb. *Missa*, art. 3, num. 20 et 21, ipse non teneretur per alium celebrare solum tempore infirmitatis non excedentis quindecim dies, ut declaravit eadem Sacra Congreg. Conc., 17 Novemb. 1695. (18. Sacerdos autem substitutus a Capellano ad celebrandum pro fundatore, si omittat celebrare causa infirmitatis per aliquot dies, non acquirit stipendium Missis omissis correspondentem, sed illa est eroganda alteri Sacerdoti, ut celebret, vel est retinenda ab ipso Capellano, si ipse per se ipsum pro illis diebus celebret; et ratio est, quia sic substitutus videtur taliter computandus, ac si esset dietim conductus ad celebrandum pro testatore, potest enim ad libitum removeri a tali onere, cum sit mercenarius; conductus autem dietim ad opera de die in diem, acquirit stipendium ratione operum, quæ de die in diem præstat; sicque pro diebus, quibus non præstat opera, licet causa infirmitatis non præstet, mercedem non acquirit, ut patet in similibus; nam quod est datum ob causam, repetitur, si ex infirmitate recipientis non potuit adimpleri; l. *Si pecuniam* in princ. ff. de *Conduct. causa data*; adeoque substitutus sic conductus, si pro aliquibus diebus non celebret, licet causa infirmitatis non celebret, mercedem non acquirit.

(19. Capellanus Episcopi, qui cum eo recitat officium, debet se illi conformare. Sac. Congr. Rituum 11 Junii 1605. (20. Capellanus eligendus ab Episcopo pro tempore, non est amovibilis, neque manualis, sed perpetuus. Sac. Congreg. Concil. in Gravinen., 6 Decemb. 1645. (21. Capellani Ecclesiæ cathedralis, qui sunt membra Ecclesiæ, debent incedere in processionibus, et sedere in choro immediate post Canonicos; nec inter eos debent interponi Rectores Ecclesiarum aliarum, etiam prætextu doctoratus. Sac. Congreg. Rit. in Turritana, 1 et 27 Julii 1601, et in Terulien. 20 Decembr. ejusdem 1601. (22. Capellanus presbyter prius ordinatus debet præcedere Capellano postea ordinato, licet ultimo ordinatus prius acceperit possessionem capellanæ. Sacra Congregatio Rituum in Novarien., 16 Julii 1605. (23. Non potest Episcopus præcipere Capellanis capellarum campestrium regularium, ne Missas celebrent, antequam celebretur Missa Ecclesiarum parochialium. Sac. Congr. Conc. in Tarvisina ad c. 8, sess. 7, de *Reformat.*, 17 Aprilis 1640. (24. Capellanus non potest cogi ab Episcopo, ut celebret certa hora, quando in fundatione hoc non reperitur injunctum. Sac. Congreg. Conc. in Pisauren., 6 April. 1647. (25. Posset tamen Episcopus Capellanum adstringere (non censuris) ad providendum de proprio paramenta, ut respondit Sacra Congr. Episcoporum in Surrentina, 11 April. 1589. (26. Capellanus semel examinatus, et approba-

tus quoad scientiam ab ordinario, nulli examini exinde de scientia subijci debet. Sacra Congreg. Episcop. et Regul., 17 Julii 1615. (27. Nec hæres, nec exsecutor testamentarius, neque episcopus potest in erectione capellanæ, seu beneficii simplicis injungere Capellano onus residentie quod testator non injunxit, neque addere, quod Capellanus pro tempore per seipsum Missas celebret, neque alio modo testatoris voluntatem immutare. Sac. Congr. Conc. in Viterbien., 11 Januar. 1698, in Mexicana, 16 Maii 1699, et in Derthonen., 4 Junii 1701. (28. Capellanus confraternitatis non potest suo arbitrio sine expressa licentia Episcopi processionem facere. Sacra Congregatio Rituum in Meliten. Galatii, 4 Martii 1606. (29. Et si non adsit licentia Episcopi, non potest illas facere sine licentia parochorum, per quorum territorium transeundum est. Sac. Congr. Rituum, 10 Decemb. 1703, in respons. ad vigesimum secundum. (30. Nec potest Capellanus confraternitatis in processionibus extra propriam Ecclesiam deferre stolam. Eadem Sac. Congreg. 10 Decemb. 1703, in respons. ad 23. (31. Capellani confraternitatum non debent ab Episcopo sine causa amoveri reluctantibus confratribus. Sacra Congregatio Episcoporum in Forosempronien., 3 Octob. 1692. (32. Alia de istis Capellanis vide verb. *Confraternitas*. (33. Capellanus, quo tempore, loco, seu Ecclesia, vel altari debeat celebrare Missam; et pro quo debeat applicare, et quid possit quoad reductionem, satisfactionem, eleemosynam, et alia, vide verb. *Missa*, ubi late de omnibus.

(34. Capellanus habens obligationem inhabitandi domum a fundatore ad id relictam, instructam supellectilibus, et mobilibus necessariis, tenetur omnimode ibi inhabitare et residere ad formam testamenti. Sac. Congreg. Concil. in Aquilana Capellanæ, 16 Maii 1733, in resp. ad primum dub.

## ADDITIONES EX ALIENA MANU.

(35. De amotione Capellani non infrequens controversia est. Porro si capellania sit laicalis, seclusa contraria voluntate fundatoris, potest Capellanus ab eo, qui jus habet ipsum destinandi, pro arbitrio, et sine ulla causa amoveri. Card. de Luca de *Benef. discurs.* 80, num 17, et sequent.; Leon de *Offic. Capellan.*, quæst. 5, sect. 16, n. 251; Rota in Leodien. *Capellaniarum super bono Jure*, 27 Februar. 1719, § *Ea moti*, et sequent. coram bon. mem. Foscar., confirmata 28 Junii 1720, § *Pro eo vero*, coram eodem, et 12 Junii 1720, § *Validitate*, coram clar. mem. Corio, in Civitatis Castelli Capellanæ, 15 Januarii 1744, § 10 et seq. et 29 April. ejusdem anni 1744, § 5, coram bon. mem. Vicecom. et 28 Junii 1745, § 5, coram bon. mem. Lan. et in Firmana Capellanæ, 6 Junii 1736, § 2, cor. bon. mem. Vicecom.

(36. Potest tamen is, qui pollet jure hoc destinandi Capellanum, renuntiare facultati hunc amovendi, vel expresse, vel tacite. (37. Quando vero successor teneatur, nec stare facto Antecessoris, vide in superiori

additione ad verb. *Capellania*, num. 58.

(38. Quod si capellania sit ecclesiastica, nequit Capellanus amoveri. Num autem in ejus erectione possit ab Episcopo approbari conditio, qua fit potestas patrono ipsum amovendi, magna quæstio est. (39. Ejus vero solutio inde pendet, an perpetuas sit de essentia nec ne capellanæ ecclesiasticæ, nam Episcopus etsi in limine foundationis approbare valeat conditiones juri contrarias, minime tamen approbare potest conditiones essentia capellanæ ecclesiasticæ repugnantes. In additione autem ad verbum *Beneficium*, articulo 1, num. 50, dictum est, quod Rota in Casertana Beneficii, 28 Jun. 1745, § 6, coram clar. mem. Millin. in medio reliquit, utrum perpetuas sit de essentia ecclesiasticæ capellanæ. (40. At idem Supremum Tribunal in Fanen. Juris nominandi, 2 Julii 1745, coram Reverendiss. P. D. Bussio Decano firmavit, posse conditionem hanc ab Episcopo in limine foundationis approbari. Et quod summopere notandum est, agebatur in casu illius decisionis de Capellano, cui incumbere cura animarum.

(41. De Capellano, qui ad vitandam dismembrationem parochiæ, solet constitui ad eoadjuvandum parochum, quæritur etiam,

## CAPELLANUS MONIALIUM.

## SUMMARIUM.

1. Capellani Monialium debent esse maturæ ætatis, non autem juvenes. — 2. Unde, non obstante quod Moniales jus habeant nominandi Capellanum, potest illum Episcopus ex justa causa rejicere. — 3. Imo si Episcopus ipse dare velit Monialibus Capellanum juvenem, potest Abbatissa illum non recipere. — 4. Ubi tamen senes, et proveci de facili non inveniuntur, ut in civitatibus, et locis parvis, relinquuntur prudentiæ Episcopi, ut etiam juvenes bene perpensis loci et facti circumstantiis possit admittere, dummodo ornati sint bonis moribus, et apud omnes sint bonæ famæ. — 5. Removentur enim quicumque Capellani Monialium vitæ dissolutæ, maxime si contrahant amicitias, et mittant munera Monialibus. — 6. Regulares non possunt esse Capellani Monialium, nisi propter penuriam presbyterorum sæcularium. — 7. Capellani Monialium debent esse amovibiles, non autem perpetui, et intulati. — 8. Quando tamen Moniales sunt in quasi possessione presentandi eorum Capellanum ad vitam, Episcopus non debet innovare, sed suorum jurium monumenta ad Sacram Congregationem mittere. — 9. Capellanus in Ecclesiis Monialium regularibus subjectarum approbatur

(1. Capellani Monialium debent esse maturæ ætatis, non autem juvenes, quia in senioribus præsumitur major probitas; cap. *Si officia* 2, dist. 19, et morum gravitas; cap. *Porro* 6, dist. 84. (2. Unde, non obstante quod moniales jus habeant nominandi Capellanum, potest illum Episcopus ex justa causa rejicere, puta si sit junior. Sac. Congreg. Episcop. in Bononien., 31 Maii 1602, et 29 Novembr. 1605. (3. Imo si Episcopus ipse dare velit Monialibus Capellanum juvenem, potest abbatissa illum non recipere. Sac. Congr. Episcop. in Messan. 10 Decemb. 1602. (4. Ubi tamen senes et proveci de facili non inveniuntur, ut

utrum sit perpetuus, an amovibilis? Esse amovibilem ex justa tamen causa definivit Rot. in Bononien. Amovibilitatis Capellani, 31 Januarii 1727, coram clar. mem. Corio, ubi quod si Capellanus hic initio suæ possessionis acceptasset conditionem amovibilitatis ad nutum, posset ad nutum amoveri. (42. Monet vero idem sacrum auditorium in hac ipsa decisione, quod in capellania perpetua acceptio conditionis amovibilitatis ad nutum initio possessionis nihil operatur. (43. Num Capellanus Curatus ad nutum amovibilis a patrono, inscio, et non certiorato Episcopo amoveri queat, expendit Rota in Comen. Loci Ferculæ, 27 Januar. 1730, cor. bon. mem. Ratto inter impressas dec. 274, tom. III.

(44. Si in fundatione alicujus capellanæ dictum sit, quod præsentetur Capellanus, qui intra annum possit ascendere ad ordinem sacerdotalem, initium anni desumi debet non ab institutionis, et possessionis die, sed a die præsentationis, ut firmavit Rota in Majoricen. Beneficii, 13 April. 1142, cor. clar. mem. Millin. ubi quod contrariæ auctoritates procedunt in promotionibus sacerdotum ad dignitates, et canonicatus ad præscriptum juris.

a superiore regulari. — 10. Cæteri vero presbyteri sæculares, qui advocantur pro celebratione Missarum in Ecclesiis Monialium, possunt ab Episcopo prohiberi, ne accedant, quamvis Moniales exemptæ sint, aut regularibus subjiciantur. — 11. Capellanus Monialium potest Missam celebrare de Sancto cujus officium ab ipsis Monialibus celebratur in choro, Missali tamen Romano, in quo si Missa particularis de eodem Sancto non adest, sumitur de communi. — 12. Et idem dicendum est, quoad recitationem officii. — 13. Capellanus Monialium non debet alium presbyterum substituere sine licentia Episcopi, sive Vicarii Generalis, in casu impedimenti. — 14. Capellanus sæcularis de licentia confessoris Monialium potest Eucharistiæ Sacramentum ministrare. — 15. Capellani Ecclesiarum exemptarum amoveri non debent ab Episcopo sine causa. — 16. Imo generaliter nullus Capellanus, licet amovibilis, amoveri debet sine causa. — 17. Capellanus Monialium exemptarum, excluso parochio, omnia Sacramenta etiam in articulo mortis ipsis administrat. — 18-20. Num idem obtineat quoad Moniales non exemptas. — 21. Moniales non exemptæ de jure communi sunt parochiis subjectæ.

in civitatibus et locis parvis, relinquuntur prudentiæ Episcopi, ut etiam juvenes, bene perpensis loci et facti circumstantiis, possit admittere, dummodo ornati sint bonis moribus, et præditi religiosis qualitatibus, et apud omnes sint bonæ famæ. (5. Removentur enim quicumque Capellani Monialium vitæ dissolutæ, maxime si contrahant amicitias, et mittant munera Monialibus. Sac. Congreg. Episcop. in Terracin., 15 Januar., 1742, et 16 Mart. 1645, vel si se ingerant ultra eorum officium. Ead. Sac. Congreg. 15 Junii 1647. (6. Regulares non possunt esse Capellani Monialium, ut declaravit et censuit Sac. Congreg. Episcop.